

heredum nostrorum, colonias infrascriptas, videlicet haslistaðær, bilistaðær norðby. sitas in thorsø, et duas colonias in asenom in parochia biærghsætrum, ac partem prediorum ad nos pertinencium in louene cum agro in karlæby quem possedit gæsi cum omnibus pertinencijs dictarum coloniarum intra sepes et extra, hac condicione adiecta, quod dictus dominus .B. prepositus, satisfaciet haquino ælisiuæson pro predijs in barknu que ipse a dicto haquino reuocauit, Hoc eciam cauto, quod sepredictus prepositus alienaciones quascunque per dictum fratrem nostrum factas, nullatinus reuocabit, In premissorum igitur testimonium et euidenciam plenioram, sigilla nostra presentibus sunt appensa.

*På frånsidan.* compositio facta inter magistrum benedictum johannis et sorores benedicti tunæson.  
Alla 3 sigillen bortfallna; remsorna kvar.

1620.

1309 d. 22 April.

Leckö.

Biskopen i Skara BRYNOLEFS intyg, att nuvarande Domprosten Bengt gjort en vänlig öfverenskommelse med förre Domprosten Bengt Tunessons systrar Ingeborg, Olava och Helena om de gods bemålde deras broder från Domprosteriet förskingrat.

A. 3. z.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNNULPHUS dei gracia scarensis Episcopus, salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod magister benedictus prepositus scarensis in presencia nostra constitutus, Recognouit et pupplice fatebatur se fecisse cum nobilibus dominabus jngi-byrghe, olaua et helena sororibus dominj benedicti tunæ son prepositi condam scarensis super permutacionibus et donacionibus prediorum prepositure scarensis pertinencium, per ipsum dominum .B. fratrem ipsarum sine nostro scitu et assensu factis, compositcionem amicabilem per hunc modum, videlicet, quod dictus magister .B. nomine prepositure, et singuli sui successores debent habere jure perpetuo colonias, a quocunque et qualitercunque emptas vel conquisitas, que sequuntur, videlicet hæslistadær, bilistaðær, norðby, et duas colonias in asenom in parochia biærghsætrum, et coloniam in louene cum agro, quem dictus dominus .B. tunæ son prepositus, in karlæby emit de gaasæ, nec non et coloniam in cliðruboðom cum omnibus pertinencijs coloniarum predictarum, intra sepes et extra, hac condicione scilicet, quod idem magister .B. et singuli sui successores, ratas et gratas habere debent in perpetuum, permutaciones, donaciones, seu alienaciones quascunque prediorum, per dictum dominum .B. prepositum predecessorem suum factas, in vlleruj et prestryð vel alijs locis quibuscunque, Renunciauit insuper memoratus Magister .B. nunc prepositus, nomine suo et successorum suorum, omnj juri, quod sibi compecijt in predijs, touæthorpe, agrydæthorpe, et lu-

trum, que ad preposituram pertinebant, Promisit eciam sepedictus magister .B. prepositus, se responsurum et satisfacturum haquino ælisiuæ son de denarijs quos ipse soluit de suo, ormero dicto piakn pro predijs jn kolzthorp, ex parte domini .B. tunæ son prepositi, pro predijs que dictus haquinus emit de ipso preposito jn barnu, Adiecit jnsuper memoratus magister .B. quod si dicte domine, J. O. et E. vel heredes earum compositionem predictam, jn aliquo cassare, vel immutare temptauerint, compositio predicta, nullam habeat firmitatem, sed eo ipso ipsi .B. preposito, et suis successoribus, ad predia prepositure supratacta, et alibi si inueniantur, liber et licitus sit regressus, Ne igitur super premissis, aliqua possit in posterum dubietas suboriri sigillum nostrum et sigillum, jpsius magistri benedicti prepositi scarensis, presentibus sunt appensa, jn testimonium et euidentiam premissorum pleniorum. Datum leckiu. Anno. domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX<sup>o</sup>. X. kal. Majj.

Sigillen något skadade.

1621.

1309 d. 23 Apr.

Enkan KATHARINAS Testamente af en del i Hiernistad till Alvastra kloster, för grafställe derstädes.  
A. 3. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis, KATERINA relicta LAURENCIJ de hiernistadhū, salutem in domino sempiternam Tenore presencium notum facio vniuersis, quod monachis in aluastro apud quos sepeliri eligo, octauam partem vnius octenarij in hiernistadhū nomine testamenti confero post mortem meam perpetuo possidendam, In cuius rei euidentiam, quia sigillum proprium non habeo, sigilla discretorum virorum domini iohannis de grennum, et asmundi dicti laangh duxi presentibus apponenda, Datum anno domini, M<sup>o</sup>, CCC<sup>o</sup>, IX, die beati georgij martiris.

Sigillen med de ur brefvet klippta remsorna bortfallna.

1622.

1309 d. . . Maj.

Leckö.

Biskopen i Skara BRYNOLFS intyg om den mellan Domprosten Bengt och förre Domprosten Bengt Tunæsons systlar gjorda öfverenskommelse, rörande de gods Bengt Tunæson afskiljt från Domprosteriet.

A. 2.

Omnibus presens scriptum cernentibus, BRYNIULPHUS dej gracia scarensis Episcopus, Salutem in domino sempiternam, Notum facimus vniuersis, quod  
Ma-